



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

An lapsis sit imputanda auersio. E. F

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*Post creationem aliquid datum est stantibus, per quod  
conuerterentur: nec merito aliquo, sed gratia  
cooperans.*

*Si autem quæritur: Vtrum post creationem cō-  
uersis aliquid collatū sit per quod cōuerterētur, i.  
diligerent Deum? Dicim⁹ quia est eis collata gra-  
tia cooperans, sine qua nō potest proficere ratio-  
nalis creatura ad méritum virtutē. Cadere n. potest  
per se: sed proficere nō potest sine gratia adiuuante.*

*Quæ sit gra-  
tia operās,  
& quæ coo-  
perans.*

*Qua gratia indigebat angelus, & qua non.*

*Non indigebat angelus gratia, per quam iustifi-  
ficaretur, quia malus non erat: sed qua ad diligen-  
dum Deum perfecte & obediendum adiuuare-  
tur. Operās quidem gratia dicitur qua iustifica-  
tur impi⁹, i.e. de impiō sit pius, de malo bon⁹. Coop-  
erans vero gratia, qua iuuatur ad benevolēdum  
efficaciter, & Deum p̄x omnibus diligendum &  
operandum bonum, & ad perseverandum in bo-  
no, & huiusmodi: de quibus postea plenius. Data  
est ergo angelis qui persistērūt, cooperans gratia,  
per quam conuersi sunt ut Deum perfectē dilige-  
rent. Conuersi ergo sunt à bono quod habebant,  
non perditō ad maius bonum quod non habe-  
bant: & facta est ista conuersio per gratiam coope-  
rantem lib. arbitrio, quæ gratia aliis, qui cecide-  
runt apposita non fuit.*

*An sit imputandum illis qui auersi sunt.*

*Ideoque à quibusdam dici solet, non esse im-  
putandum illis qui auersi sunt & conuersi, quia si-  
ne gratia conuertinon poterant: sed illa non est  
eis data, nec culpa illorum fuit, q̄ nō est data, quia  
in eis nulla culpa adhuc præcesserat. Ad quod dici  
potest, quoniā quib⁹ apposita est ipsa gratia, non  
sui ex méritis eorum, alioquin iam nō esset gra-  
tia, si ex merito quod esset ante gratiam, daretur.*

*Qua culpa gratia non est data eis quib⁹ ceciderunt.*

*Quodvero aliis nō est data, culpa eorū fuit: q̄ a cū  
stare,*

stare possent, noluerūt quousq; gratia apponere-  
tur: sicut alii perstiterunt, donec illis cadentibus  
per superbiam eis gratia apposita est. Aperiē ergo  
cadentium culpa in hoc deprehendi potest: quia  
sine gratia nequirent proficere quam nondum  
aceperant: per id tamen quod eis collatum erat  
in creatione, poterant nō cadere, id est, stare: quia  
nihil erat quod ad easum eos compelleret, sed sua  
spontanea voluntate declinauerunt, quod si non  
fecissent, quod datum est aliis, utique daretur &  
istis.

*Quod angeli in ipsa confirmatione beati fuerunt: sed v-*  
*trum eam meruerint per gratiam tunc sibi datam*  
*ambiguum est: de hoc enim diuersi diuer-*  
*sa sentiunt.*

G

Hic quæri solet: Vtrum in ipsa confirmatione  
beati fuerint angeli: & an ipsam beatitudinem a-  
liquo modo meruerint. Quod in ipsa confirma-  
tione beati fuerint, plures contestantur auctori-  
tates, & ideo pro constanti habendum est: Vtrum  
vero per gratiam tunc sibi datam ipsam beatitu-  
dinem meruerint, ambiguum est. Quibusdam e-  
nim placet quod eam meruerint per gratiam,  
quam in confirmatione perceperunt, simulque  
in eis meritum & præmium fuisse dicunt: nec me-  
ritum præcessisse præmium tempore sed causa. A-  
liis autem videtur quod beatitudinē quam rece-  
perunt in confirmatione per gratiam tunc appo-  
nitam non meruerint, dicentes tunc non fuisse eis  
collatam gratiam ad merendum, sed ad bene vi-  
uendum: nec tunc eis datum esse bonum quo me-  
rerentur, sed quo feliciter fruerentur. Quod au-  
tem tunc in præmium acceperunt, per obsequia  
nobis exhibita, ex Dei obedientia & reuerentia  
mereri dicunt: & ita præmium præcessit me-  
rita: & hoc mihi magis placere  
fateor.

*Hic non te-  
netur.*

V 5

QVOD